

Le protocole du chapitre provincial de la Circarie de Bohême célébré à Schlägl en 1644

Les actes et décrets d'une série de chapitres provinciaux, célébrés entre 1641 et 1727, des circaries prémontrées situées dans les provinces héréditaires de la Maison d'Autriche, ont été publiés récemment par les bons soins de J.B. Valvekens ¹⁾. Son édition s'appuie sur un recueil de documents dont la plupart sont des copies authentiques ²⁾. Mais le manuscrit, conservé antérieurement à l'abbaye prémontrée de Geras (Autriche), présente quelques lacunes. C'est notamment le cas du protocole du chapitre provincial tenu en 1644 ³⁾. Le texte publié par M. Valvekens commence par le compte-rendu de la troisième session, le prologue et les deux premières sessions faisant défaut. Cette partie est pourtant conservée dans une autre copie manuscrite du XVII^e siècle qui, elle, provient de l'abbaye de Schlägl. Il nous a paru donc utile d'en reproduire ici la teneur.

A y regarder de plus près, la publication du texte manquant pourrait paraître superflue, puisque le chapitre provincial de 1644 reprend presque littéralement les *conclusiones* du chapitre de 1641. Mais c'est précisément cette identité des textes qui constitue notre point d'intérêt. Elle prouve que les chapitres provinciaux qui, dans les circaries situées en terre d'Empire, se réunissent à partir de 1641, ont adopté les procédures du chapitre général de Prémontré, dont ils détenaient l'autorité en vertu du bref *Prospero felicique* du 8 mars 1641 ⁴⁾. On

¹⁾ *Capitula Provincialia Provinciae Bohemiae, Moraviae, Austriae ac Silesiae O. Praem.* (1641-1727), ed. J.B. VALVEKENS, O. Praem., dans *An. Praem.*, XXXVI, 1960 et sv.

²⁾ J.B. VALVEKENS, *Capitula*, p. 7.

³⁾ Voir J.B. VALVEKENS, *Capitula*, p. 35. Il est difficile de trouver un motif plausible pour l'absence du compte-rendu de ces deux premières sessions. Les trois pages du manuscrit peuvent avoir été arrachées pour des raisons multiples.

⁴⁾ Le bref est reproduit dans J.B. VALVEKENS, *Capitula*, p. 9-11, d'après le texte imprimé par l'Imprimerie de la Chambre Apostolique et envoyé au Vicaire de l'Ordre

se souviendra, en effet, que, depuis la mort de l'abbé général Pierre Gosset en 1635, l'abbaye de Prémontré se trouvait dépourvu d'un chef légitime. Le Cardinal de Richelieu, postulé par un groupe de religieux de l'abbaye de Prémontré, n'obtint pas l'expédition de la bulle de provision, tandis que l'abbé Pierre Desbans, choisi à la suite d'une élection discutable, déclina la charge qu'on lui offrit. Pour remédier à l'absence d'une autorité centrale, le Saint-Siège finit par déléguer les pouvoirs du chapitre général aux chapitres provinciaux des circaries ⁵⁾.

Selon le droit en vigueur ces chapitres provinciaux devaient suivre les procédures établies pour les chapitres généraux ⁶⁾, mais ils n'étaient pas compétents en matière législative. Les ordonnances des chapitres provinciaux se situaient dans le cadre d'un pouvoir exécutif et étaient nulles et sans valeur sans l'approbation de l'abbé général de Prémontré ⁷⁾. En vertu du bref d'Urbain VIII un véritable pouvoir législatif leur était accordé, à exercer selon les règles établies pour le chapitre général. Parmi celles-ci il y avait un précepte, tout imprégné de sagesse et de prudence, suivant lequel tous les décrets capitulaires devaient passer par une période d'essai. En effet, toute décision prise par le chapitre devait être examinée et discutée à nouveau au cours de deux chapitres généraux suivants ⁸⁾. Elle obtint force de

de Prémontré pour la Circarie de Bohême par les soins de Pierre Cotvennius, notaire public.

⁵⁾ « ... Apostolica auctoritate tenore praesentium concedimus singulis tam in ultimo Capitulo Generali, quam postmodum a solo Abbate Generali defuncto Ordinis huiusmodi constitutis Vicariis seu Visitoribus permanentibus Circariarum seu Provinciarum facultatem indicendi et celebrandi annuatim Capitulum Provinciale, in loco sibi bene viso, cui interim et donec non fuerit de Abbate Generali huic Ordini provisum sive per Electionem iuxta Constitutiones Ordinis, sive per deputationem a Sede Apostolica faciendam, *competat potestas secundum contingentiam casuum suae provinciae faciendi ea quae facere posset Capitulum Generale* ... ». Voir J.B. VALVEKENS, *Capitula*, p. 10.

⁶⁾ *Statuta O. Praem. 1630, Dist. IV, Cap. IX, n. 4* : « Ordo, caeremoniae et observantiae, aliaque pro Capitulo Generali praescripta, in quantum congruum est, Capitulo Provinciali accomodentur ».

⁷⁾ Selon le droit prémontré les chapitres provinciaux avaient le droit de publier des ordonnances, pour la circarie concernée, en application de la législation générale de l'Ordre. Toutefois ces ordonnances n'entrèrent en vigueur qu'après l'approbation de l'Abbé Général. Voir *Statuta O. Praem. 1630, Dist. IV, Cap. IX, n. 6*.

⁸⁾ *Statuta O. Praem. 1630, Dist. IV, cap. VI, n. 2 et 3* : « Est autem firmiter decretum, ut circa constitutiones novas haec tria perpetuo observentur ... Deinde, ut subsequenti Generali Capitulo, eadem Decreta nova examinentur, et discutiantur, et si nullus ea oppugnet, nullumque in eis incommodum reperiatur, mandetur ut in debita observatione permaneant. At vero si aliquis contradicere, aut ea oppugnare velit, eius rationes au-

loi après l'approbation définitive par l'assemblée, au cours du troisième chapitre général consécutif.

Il nous semble que ces considérations expliquent le fait que les *conclusiones* de 1641 se retrouvent dans le protocole de 1644. On constate, en effet, que les conclusions antécédentes ont été rediscutées soigneusement et parfois modifiées. La troisième réunion consécutive du chapitre provincial aurait dû avoir lieu en 1647, puisque on avait prévu en 1641 des chapitres provinciaux triennaux, mais ce n'est qu'en 1651 que les Prélats se réunissent à nouveau. Ce *conventus Praelatorum* perd son caractère de suppléant du chapitre général. Seuls les Prélats se réunissent pour juger les questions qu'il faut soumettre à l'approbation de l'abbé général qui avait été élu en 1645 et confirmé en 1647, après dix ans de vacance du siège de Prémontré⁹).

Le texte que nous publions mérite aussi notre attention parce qu'il nous met en présence de trois Définiteurs de la Circarie, élus par l'assemblée. Ils n'ont pas seulement le droit de « définir » les questions aux cours des assises du chapitre provincial, mais ils continueront à exercer la charge de conseillers du Vicaire Général après le chapitre¹⁰).

diantur, et perpendantur, ac quid sit faciendum, per Capitulum vel per Definidores decernatur.

Demum, ut tertio Capitulo rursum eadem Decreta, ut iam est dictum, ad incudem revocentur et exactissime examinentur, ac omnimode vel approbentur, vel reprobenentur, aut si sint nimis severa, vel dura, mitigentur ».

⁹) « Et haec quae Provincialibus conclusionibus addenda vel demenda, aut penitus ruminanda aestimarunt Rmi DD. Praesules et Provinciae Patres, quatenus et mitioribus nunc temporibus Generali Ordinis Capite gaudentes, eadem pro approbatione et confirmatione gratiosa transmittere valeant, ac demum iuxta Statutorum tenorem ac exigentiam regulari observantiae conformius demandentur ». *Conventus Praelatorum Plagae anno 1651*, J.B. VALVEKENS, *Capitula*, p. 61.

¹⁰) Les Statuts de 1630 ne prévoient pas de « Définiteurs de la Circarie », qui en tant que conseillers du Vicaire, auraient une part dans le gouvernement ordinaire de la circarie.

Ils existaient dans les congrégations nationales qui s'étaient séparées de l'Ordre ou qui jouissaient d'une certaine autonomie. P.ex. la congrégation des Prémontrés de Magdebourg avait introduit un collège de Définiteurs dès la fin du XIII^e siècle (cf. E. WINTER, *Die Prämonstratenser des zwölften Jahrhunderts und Ihre Bedeutung für das nordostliche Deutschland*, Berlin, 1865, p. 249-250). On les rencontre dans la congrégation d'Espagne (Cf. N. BACKMUND, *Monasticon Praemonstratense*, III, Straubing, 1956, p. 223), dans la congrégation de l'antique rigueur (cf. Gregorius XV, *Ad sacram*, 1621, dans J. LEPAIGE, *Bibliotheca Praemonstratensis Ordinis*, Paris, 1633, p. 754; *Cap. Gen. antiqui rigoris* ann. 1622, 1638, 1642 et 1643, ed. D. ALBRECHT, *Manuale Canonorum Regularium*, Strasbourg, 1742, p. LIII), dans la congrégation nationale des Pays-Bas (cf. *Decreta Capituli Circariae Brabanticae anni 1572*, éd. E. VALVEKENS, *Le Concile national néerlandais de 1572*, dans *An. Praem.*, VI, 1930, p. 100).

En cas de décès de celui il revient aux Définiteurs de convoquer un chapitre provincial d'élection.

Nous publions enfin deux lettres d'excuse de Prélats absents : celle de l'abbé Christophe Schmidt, de S. Vincent de Breslau et celle du prévôt de Plock, Albert Tholibowsky, qui y annonce son élévation à la dignité épiscopale et sa nomination comme évêque auxiliaire de l'ordinaire de Breslau et de Plock.

L.C. VAN DIJCK, O. Praem.

Cum vero Pastoris officium sit Dominici gregis sedulam curam agere Reverendissimus et Amplissimus Dominus Dominus Benedictus Lachenius ¹⁾ celeberrimi Monasterii Lucensis apud Teyam Abbas, nec non per praedictas Provincias Vicarius Generalis hoc Capitulum indixit, ut per breve subsequens esse videre et causas indictionis licet fusius intelligere.

Nos Benedictus Lachenius Dei providentia Canonicorum Regularium Candidissimi Ordinis Praemonstratensis per Boëmiam, Poloniam, Ungariam, Austriam, Moraviam et Silesiam Vicarius Generalis et Lucensium humilis Abbas

Reverendissimis Dominis Dominis Praelatis eorumque Venerabilibus Conventibus praedictarum Provinciarum Dominis Confratribus et Filiis in Christo observantissimis et charissimis

salutem et felicitatem perpetuam.

Mundo celebris et supernis grata civibus Sacra Religio Praemonstratensis Ordinis a Suae supplantationis initio Regis aeterni fuit habitaculum, virtutum splendoribus illustratum, quod semper honore proficiens et honestate concrescens, Generalis Ecclesiae decus extulit, et Decorem multimodis ampliavit. Hoc glorioso encomio Summus Pontifex Innocentius IV candididissimam SSmi Patris Nostri Norberti iam olim decoravit familiam. Neque dubitamus quin Filii omnes hanc gratissima mente ruminantes, omnem solitudinem sudoremve suum in hoc unum conferre desiderent ut si quae temporum injuria vel dormitantium Pastorum incuria sint decolorata, pristino restituantur candori et Universalis Ecclesiae fructu gravis cum etiamnum repetat, quo ante saecula dignissimis majoribus nostris applausit. Tam pia

¹⁾ Pour l'identification des personnages voir la publication de J.B. Valvekens.

intentioni ac sancto conatui ut ex officio Vicariatus Generalis humeris nostris licet imparibus imposito, vires addamus, de consilio et assensu seniorum Dominorum Praelatorum Ordinis postulante id quodque conclusione tertia Capituli Provincialis in Sionaeo Pragae anno millesimo sexcentesimo quadragesimo primo celebrati ²⁾, Capitulum Provinciale denuo celebrandum esse duximus et conclusimus. Pro quo velut locum commodissimum coenobium Plagensense Superioris Austriae alias Schlägl dictum : diem vero concurrenti vigesimum mensis septembris huius anni currentis designamus promulgamusque. Quapropter eo charitatis officio et humanitatis affectu, ad hoc invitamus et convocamus omnes Ecclesiarum nostrarum Praelatos dignissimos necnon Canonicos qui beneficio Statutorum vocem in Capitulo huiusmodi dignoscuntur habere, paterne mandantes ut quilibet conventus ex his seligat qui cum plenipotentiae mandato in scriptis, communitatis gravamina, si quae sunt, vel alia in bonum Ordinis profisciscuntia, religiose servatoque debito respectu, exponere queant. Quod ubi pernecessarium, ita confidimus in Domino omnes et singulos zelosissimos Norbertini decoris et emolumenti amatores sese sua praesentia comprobaturus, quorum etiam adventum spe votoque nostro fortunatam in Plagensi memorato coenobio nostro, die praefixo, avidis praestolabimur amplexibus.

In horum fidem publicam, manum nostram nostrique Vicariatus sigillum apposuimus.

E nostro Lucensi prope Znoymam vigesima Julii anno millesimo sexcentesimo quadragesimo quarto.

Cum ergo die vigesima Septembris Reverendissimi Domini Domini Praelati cum Reverendis Prioribus, aliisque Canonicis vocem in capitulo habentibus, ad bene memoratum monasterium Plagensense convenissent, mane circa octavam subsequenter diei a Reverendissimo Domino Domino Martino loci Praelato et Praeposito, medio inter Reverendissimos Praelatos Siloënsensem et Neoreyschensem cum toto

²⁾ La référence explicite à la *conclusio tertia* du chapitre provincial de 1641 : « ... atamen ob iniuriam temporum et viarum difficultates (ni gravis suboriatur necessitas) placuit hisce in Provinciis saltem de triennio in triennium Capitulum Provinciale celebrari » (J.B. VALVEKENS, *Capitula*, p. 18) et la formule « denuo celebrandum esse » semblent exclure la célébration d'autres chapitres entre 1641 et 1644. Toutefois N. Backmund (*Monasticon*, I, p. 281) insère dans sa liste un chapitre à Schlägl en 1642 et à Neureisch en 1643. Il nous semble qu'il s'agit en l'occurrence de réunions de Prélats en vue de résoudre des questions particulières (p.ex. le cas de Milevsko résolu à Neureisch en 1643, cf. C.L. HUGO, *Annales*, II, col. 816 cité chez J.B. VALVEKENS, *Capitula*, p. 20, note 38).

venerabili Conventu honorificentissime nec minus humanissime excepti sunt, egredientibus bini et bini ex Sacello Beatissimae Virginis ante portam praedicti monasterii, aspersione aquae benedictae et thurificatione. Quibus caeremoniis Reverendus P. Prior Plagensis sermonem gratum adjunxit, gratulando Reverendissimis Dominis Dominis Praelatis caeterisque praesentibus de felicissimo adventu, quo finito, ordine spectabili decentique progressi omnes bini et bini *Salve Regina* cantantes, sonantibus campanis et organis, ecclesiam ingressi secundum ordinem Sacra operaturi. Pontificalem missam cecinit Reverendissimus Plagensis de Spiritu Sancto. Expleto divino officio in Sacristia congregati mox omnes locum Capituli ingressi, ubi flexis genibus hymnum *Veni creator Spiritus* mentibus vocibusque intonarunt, quo finito Reverendissimus Dominus Praepositus Doxanensis orationem de fructu, utilitate et necessitate Capitulorum Generalium ac Provincialium habuit.

Sessio prima

21 Septembris

Reverendissimus et Amplissimus Dominus Dominus Vicarius Generalis in initio sessionis hujus gravi admonitione usus ad omnes Praelatos, petens a Capitulo Provinciali absolutionem officii ob urgentissimas causas, quibus persuadere conabatur, quatenus humeris ejus onus impositum alleviaretur, ac innuens dubium ratione Brevis Apostolici an non officium Vicariatus exspirarit mortuo Pontifice Urbano VIII in quo etiam multas afflictiones, contradictiones, non sine continuis laboribus hactenus sustulisset. Quia vero Reverendissimi Domini Praelati modernum statum Sacratissimi Ordinis profundius considerarunt, proficuum visum fuit omnibus, ne oves sine Pastore ingemiscerent, hortari Reverendissimum Dominum Vicarium, ut dignaretur ulterius Sacri Ordinis necessitatibusque Officio imposito succurrere, eo maxime, cum officium Vicariatus Vicarii Christi morte non videatur extinctum, textusque Bullae de Vicario electo et permanente mentionem faciat, ac reservarit sibi ac Sedi Apostolicae tituli hujus denominationem. Verumtamen cum ulterius instaret Reverendissimus Vicarius se solum huic oneri imparem nec sufficientem ob varias molestias, placuit Reverendissimis Dominis Dominis Praelatis ipsi Reverendissimo Domino Vicario Generali non solum in solatium et adjutorium adjungere tres eligendos Definidores ³⁾ quorum consilio sublevamine

³⁾ Voir ce qui a été dit plus haut sur les Définites de la Circarie.

Ordinis Sacri difficultatibus emersis vel emergendis eo securius consu-
lere queat; verum etiam casu quo Vicariatus per mortem vacaret, aut
alia rationabili de causa praedicti Definitores conjunctim autoritate
hujus Capituli facultatem habeant convocandi Capitulum Provinciale
in loco sibi bene viso, ad eligendum Vicarium Generalem, de consilio
Senioris Praelati in Provincia. Justis ergo rationibus Dominorum
Praelatorum commotus Reverendissimus Dominus Vicarius ulterius
officium sibi commissum in praecedenti Capitulo Provinciali Pragae
anno 1641 Mensis Julii in sionaeo celebrato in se suscepit, promittens
pro possibili et virili Sacro Ordini hoc tristissimo et turbatissimo
tempore se patrocinaturum. Unde Reverendissimo Domino Domino
Abbati Teplensi, ab omnibus ad hoc electo, nomine Capituli obe-
dientiam promisit, quam obedientiam pariter deinceps omnes, tam
Praelati quam Priores et Canonici in Capitulo vocem habentes Eidem
Reverendissimo et Amplissimo Domino Domino Vicario Generali cum
geneflexione nomine conventuum praestiterunt. Post hunc actum
subsecuta est electio Definitorum per vota, quae in subsequentes
cecidit

Primus Definitor est e Circaria Bohemica electus Reverendissimus
Dominus Joannes Abbas Töplensis (sic),

Secundus e Circaria Moraviae Reverendissimus Dominus Benedictus
Abbas Zabrdovicensis,

Tertius e Circaria Austriae Reverendissimus Dominus Norbertus
S. Theologiae Doctor, Praepositus Pernecensis,

Deinde nominati Capituli hujus Notarius Reverendissimus Dominus
Norbertus Praepositus Doxanensis et Secretarius Reverendissimus
Dominus Laurentius Praepositus Neoreyschensis.

His peractis conclusiones praecedentis Capituli Provincialis prae-
lectae sunt, quarum sensum secundum ordinem Patres conscripti
examinarunt; quia vero aliqua immutanda, omittenda, addenda
videbantur, haec subsequenter unanimi voto concluserunt.

Conclusio 1^a

Electus ut vices Reverendissimi Patris Generalis Ordinis nostri
Praemonstratensis iuxta Apostolicum indultum in Regnis Bohemiae,
Poloniae, Ungariae, caeterisque Caesareis Provinciis, tam in quam
extra Capitulum Provinciale imposterum agat, Vicarius Generalis,
cum eum sic orbis Suprema nominent in suis litteris capita, nec non
Sacri Ordinis nostri obtinuerit consuetudo, ab omnibus Praelatis et

Canonicis Praemonstratensibus nuncupetur ⁴⁾, et velut legitimus Superior agnoscatur et observetur.

Conclusio secunda

Sanctissimi Patriarchae nostri Norberti Filii Canonici Regulares Ordinis Praemonstratensis Regni Bohemiae et adjacentium Provinciarum incolae : Etsi Sanctae Sedis gratiam summa cum animi demissione reverentia sint amplexati, rogandos tamen humiliter et modeste monendos Reverendissimos Dominos Dominos tres primos Abbates Ordinis et Venerabilem Conventum Monasterii Praemonstrati necessarium judicarunt ut electionem Patris Abbatis Generalis, quando reducerit orbi turbato pacem Misericordiarum Dominus circumspiciat instituire et virum secundum cor Dei, Privilegiorum Ordinis et immunitatis Vindicem satagant eligere, ne recrudescat mundo scandalum et Ordo distractus tanto consumatur celerius, quanto recidivus periculosius laborat. Huic conclusioni satisfactum quidem sed desuper exspectatur effectus ⁵⁾.

Conclusio tertia

Apostolicum Breve licet Vicario Generali canonice electo concedat facultatem indicendi et celebrandi annuatim Provinciale Capitulum

⁴⁾ On parle désormais de « Vicaire Général de l'Ordre » au lieu de « Vicaire de l'Ordre ». Les Statuts de 1630, Dist. IV, cap. XV, n. 2 emploient le titre « Vicarii Domini Praemonstratensis seu Visitatores permanentes ». Le bref d'Urbain VIII se sert du terme « Vicarii seu Visitatores permanentes ».

⁵⁾ Le protocole de 1644, deux ans après la mort de Richelieu, contient une réprimande à peine déguisée à l'adresse de la communauté de Prémontré, qui n'avait pas pu s'opposer efficacement à la mainmise de Richelieu sur le siège de Prémontré en 1635.

Dès le mois de janvier 1643 le Cardinal Spada, protecteur de l'Ordre avait pu obtenir un indult permettant la communauté de Prémontré de procéder à l'élection d'un abbé. L'élection eut lieu le 26 janvier 1643 (GOOVAERTS, *Écrivains*, II, 75). Simon Raguet, religieux de la Congrégation de l'antique rigueur, sur lequel s'était arrêté le choix d'une partie des électeurs, n'obtint guère la confirmation de Rome. (A. ERENS, *L'opposition à l'élection de Raguet comme abbé général prémontré en 1644*, dans *An. Praem.*, VII, 1931, 347-354).

Le 31 août de cette même année 1644 les abbés bavares envoyèrent, par l'entremise de l'abbé André Mayr de Wilten, une pétition à Rome demandant la permission de célébrer un chapitre général à Rome et implorant le Pape de ne pas céder aux instances faites par le roi de France en faveur de Raguet (Lettre originale conservée aux Archives de l'abbaye de Tongerlo, *Liasse Capitula Generalia*, n. 38).

in loco sibi bene viso, attamen ob injuriam temporum et viarum difficultates, nisi gravis suboriatur necessitas, placuit hisce in provinciis saltem de triennio in triennium Capitulum Provinciale celebrari. Visitationes vero Monasteriorum ab electo Generali Vicario sive Patre Abbate secundum formam Statutorum faciendae intra triennium tunc fient quando et quoties iidem in Domino judicaverint expedire. Ad propositum autem dubium ratione Majoritatis declaratum est secundum Breve Apostolicum, et ipsa Statuta Vicarium Generalem majoris esse potestatis in Monasteriorum Visitationibus quam ipsum Patrem Abbatem ⁶⁾).

Conclusio quarta

In animi grati significationem Adm. Rdo Domino Joanni Coomans Collegii Norbertini Romae, quod in Ordinis gloriam hactenus viriliter decertaverit et imposterum opera sua plurimum prodesse queat, Capitulum praesens per manum Reverendissimi Domini Praesidis Crispini mittit honorarium aliquod, et ut quotannis non tantum in laborum refrigerium, sed in emergentium quoque negotiorum taxam mitti possit, Talliae seu Collectae cuilibet Monasterio proportionaliter indictae, ad Reverendissimum Dominum Vicarium Ordinis destinabuntur, qui eadem in communi Circariae cista reclusas pro Ordinis commodo iis distribuat quibus judicaverit deberi.

In hac conclusione mota sunt subsequencia :

1mo An honorarium porro dandum Patri Coomano Romae. 2do De collectore Talliarum constituendo. 3tio De advocato apud Suam Caesaream Majestatem Viennae substituendo et annuatim solvendo. 4to De expensis in Visitationibus.

Resolutiones super haec quattuor puncta.

Ad 1um resolutum est : honorarium suspendatur eo usque donec melius mens Patris Coomans intelligatur. Ad 2dum collector Talliarum nominatus est Reverendissimus Dominus Praepositus Perne-censis. Ad 3um resolutum est ut unus constituatur cui annuatim centum Imperiales pro solacio suo solvantur, quem Reverendissimus Dominus Vicarius Generalis nominabit. Ad 4um In hoc servandus modus secundum Statutorum praescriptum Distinct. 4, cap. 18 ⁷⁾).

⁶⁾ On établit une préséance, en matière de visite canonique, en faveur du Vicaire sur les Abbés-Pères, puisque le Vicaire détient, dans sa circarie, les pouvoirs d'un abbé général en vertu du bref apostolique.

⁷⁾ Jean Coomans, religieux de Tongerlo et Procureur Général de l'Ordre (1636-1644),

Conclusio quinta

Laudaverunt plurimum collaetantes Reverendissimi Patres Capituli praesentis in Beatum Gerlacum primum abbatem monasterii Milovicensis pietatem Reverendissimi Domini Crispini Praesidis Abbatitis itidem monasterii praefati, quod circa hunc monumenta Majorum studiose perscrutatus, eadem opere satis pulchro fecerit delineari, hortatique sunt eundem fraterne ut porro pergat investigare tanti Viri virtutum insignia et a Bohemica turba sanctitatis celebratae gloriosa documenta, spe firmus neque Patronos olim defuturos qui pro Canonizatione in Ordinis gloriam contribuant et in Curia Romana sedulo collaborent. Ratione hujus conclusionis Reverendissimus Dominus Vicarius Generalis conferet cum Reverendissimo Strahoviensi.

Conclusio sexta

Quandoquidem in Capitulo Provinciali anno 1630 Iglavii celebrato unanimi voto consentiente ipsomet Beatae Memoriae Domino Gasparo a Questenberg Abbate Stahoviensi et tunc Professore monasterii Siloënsis Visitatore et Vicario Generali conclusum est, ut hoc Monasterium praefatum Siloëse, cujus proventus haecenus in refusionem expensarum Monasterio Strahoviensi applicarat Ordini Praemonstratensi per installationem novi proprii Abbatis cum omnibus illis bonis et appertinentiis, quae Imperatore Ferdinando II gloriosae memoriae annuente, imo et cooperante, e manibus iniquorum detentorum redemit restitueret. Atque ut gaudium hujus resuscitati et restituti Monasterii toti Provinciae esset commune, visum est in Spiritu Sancto tunc congregatis, situ loci bene considerato ut aedificia in formam Monasterii sic disponerentur quo Novitiatus communis totius Circariae

appuyé par les ambassadeurs d'Autriche et d'Espagne et efficacement aidé par Corneille Motman, auditeur de la Rote, s'était opposé, non sans résultat, à l'expédition des bulles de provision pour le cardinal de Richelieu, « postulé » comme abbé de Prémontré. (Voir la correspondance entre Coomans et la communauté de Prémontré dans la *Régistre Deschamps* conservé aux Archives de la Maison Générale O. Praem. à Rome).

La décision du chapitre de 1641 n'avait pas été exécutée et Coomans n'avait pas reçu la contribution financière promise. On cherche une formule élégante pour ajourner la remise de cette contribution. La position et l'intention de Coomans à ce moment étaient les mêmes qu'au cours de sa lutte contre Richelieu. Il s'était rallié aux défenseurs des droits de l'Ordre contre les ingérences illégitimes du pouvoir civil (Voir le memorandum *Laudunen. Iuris eligendi* dressé par Gérard Meytz, avocat en cour de Rome, du 24 mai 1644, Archives de l'Abbaye de Tongerlo, *Capitula Generalia*, n. 37).

ibidem institui possit. Victui necessaria de ipsius Monasterii Siloënsis proventibus novitiis subministrarentur, de vestimentis vero quilibet Praelatorum suis provideret. Haec conclusio cum ob crebriores hostiles incursus in Regnum Boëmia et exulcerata tempora in optatum deduci effectum hactenus non potuerit, oblivione tamen deleri Reverendissimi Patres Capituli non passi eundem reassumpserunt et Reverendo Domino Stephano Magno administratori Monasterii praefati Siloënsis designato Abbati ejusdem intimari demandarunt, factum Reverendissimum Vicarium Generalem requirentes ut omni studio tam salutare statutum promoveat et quanto fieri potest citius in opus deduci adlaboret.

In praedicta conclusione mota sunt 5 Quaestiones. 1ma. An communis Novitius ut petunt Statuta sit erigendus? 2do An duobus debeat durare probationis annis? 3tio An eligendus Magister Novitiorum cum aliis officialibus? 4to Sub qua spensa victus et amictus? 5to An cingulo coriaceo ut Statuta dicunt, uti debeant.

Resolutum est

Ad 1am, 3am et 4tam : Differendum esse Novitiatum donec quietiora affulgeant tempora et desuper audiatur Capitulum proximum Generale, cum de usu laneorum, ac caeterae nostrae provinciae proponentur difficultates. Ad 2um fuit resolutum primum quidem annum omnino necessarium iuxta Concilium Tridentinum. In secundo pro qualitate personarum ad recommendationem Reverendissimorum Patrum conventuorumque suorum a Reverendissimo Domino ut loquuntur Statuta Distinct. 1, cap. 16 dispensari posse ⁸). Ad 5tum cum novitii nostri de consuetudine hujus Provinciae nostrae distinguantur per non usum Cappae choralis resolutum est coriaceo cingulo opus non esse.

Sessio secunda

22 Septembris

In qua sacrificium Missae solennizavit de Spiritu Sancto Reverendissimus Dominus Jacobus Abbas Gradicensis. Post Sacrum invocato Spiritu Sancto in loco Capituli lecta fuit

⁸) La question du noviciat fut reprise à la réunion des Prélats à Schlägl en 1651 (J.B. VALVEKENS, *Capitula*, 59) et soumise à l'abbé général Augustin le Scellier (Ibidem, p. 67).

Conclusio septima

Monasterium Milocense, quamvis pari modo per installationem proprii Abbatis et tot Canonicorum, quot pro cultu divino diu noctuque peragendo sufficiant introductionem, Ordini nostro restituendum esset, ob temporum tamen difficultates, et oeconomiam Strahoviensem ab hoste Suedio toties disjectam enervatamque, ad proximum usque Capitulum Provinciale usui Monasterii Strahoviensis relinquendum decretum est.

Imo et tractatus de dominio Neuschloß, quod ab Illustrissimo Domino Comite Altringero Ordini harum Provinciarum, et non in specie Strahoviensi fundatum dicitur, dilatus est.

Quae cum faciat mentionem ratione Milocensis Monasterii et Domini Neuschloß resolutum est, ut Monasterium Strahoviense iis sicut et Bono Hradistic utatur et fruatur, secundum compositionem in Monasterio Neoreyschensi anno 1643, 24 Octobri factam et a Sacra Caesarea Majestate confirmatam ⁹⁾.

Conclusio octava

Monasterium S. Vincentii Vratislaviae, cum filialibus Ecclesiis in Silesia ne ad alienas manus devolvatur periclitari agnovit Capitulum Provinciale. Ut vero huic malo maturius occurratur, Reverendissimo Domino Crispino Abbati Strahoviensi et Visitatori, qui sibi ad id praecavendum offerri bona media Capitulo insinuabit, commissum est ut a Nuntio Apostolico, cum hoc Monasterium Sanctae Sedi immediate subjaceat, licentiam formaliter visitandi errata corrigendi et ad Ordinis observantiam reducendi festinet impetrare ¹⁰⁾. Deinde quoque a Sacra Caesarea Majestate credentiales ad gubernationem Silesiae *Oberambt* titulum pro assistentia brachii sicut et ad Ordinarium loci, seu ejusdem in spiritualibus Vicarium, si forte eorundem consilio auxiliove indiguerit petere non tardet, quo tam sanctum negotium facilem sortiatur effectum.

Circa hanc conclusionem observandum, ne Monasterium S. Vincentii Vratislaviae propter controversiam inter Capitulum Provinciale

⁹⁾ Voir note (2).

¹⁰⁾ L'abbaye de St. Vincent de Breslau jouissait depuis 1415 du privilège de l'exemption de la juridiction de l'Ordre, privilège qui la soumit directement au Saint-Siège (N. BACKMUND, *Monasticon*, I, 355). C'est pourquoi le Vicaire Général ne peut exercer son droit de visite sans une permission explicite du S. Siège.

Pragae celebratum et Strahoviensis (sic) subortam, ulterius periclitaretur, quod Reverendissimus Dominus Vicarius Generalis a Sede Apostolica impetrarit commissionem visitandi praefatum Monasterium per quinquennium duraturum simul atque a Sacra Caesarea Majestate Assistentiales ad *Oberambt* Silesiae, quae in Capitulo perfectae sunt. Cum autem ob pericula viarum et hostium accursus pro tempore eo pertingere et visitare non possit, resolutum est in Capitulo, ut interea mittantur duo vel tres sacerdotes cum oeconomo Ordinis, cum instructione a Reverendissimo Domino Vicario Generali illis formanda, secundum quam in solatium et reflorescentiam ibidem operetur.

Conclusio nona

Postquam Eminentissimus bonae memoriae Cardinalis et Princeps Dietrichstein Episcopus Olomucensis Monasterium Caunicense Canonissarum Ordinis nostri Praemonstratensis per iniqui Detentoris rebellionem ad fiscum redactum, acquisivit, et haereditariis suis bonis Niclosburgensibus adscripsit, tractatum esse scitur ab eodem Eminentissimo, cum Reverendissimo Gasparo a Quaestenberg pie defuncto Vicario Generali, ut in aliquam refusionem Ordo, ne se hoc monasterio totaliter spoliatum lamentaretur, annualem aliquam pensionem acceptaret, sed cum morte praeventus Eminentissimus et nihil inter ipsos certi determinatum inveniatur Reverendissimi Patres Capituli commiserunt Reverendissimo Abbati Lucensi, ut cum Illustrissimo Principe Maximiliano a Dietrichstein Haerede Eminentissimi, quanta potest agat dexteritate, quo si non plena restitutio satisfactio saltem Ordini quoquomodo aequivalens fiat. Idem quoque Reverendissimus Lucensis abbas laudabiliter zelo in se recepit actionem Monasterii Portae Caeli Canonissarum Ordinis in Civitate Viennensi, quod perurgente Cardinale Gleselio defuncto non ita pridem Ordini ablatum est. De utroque relaturus in proximo Capitulo dummodo acta et privilegia utriusque Monasterii praefati, quae in Archivio Monasterii Strahoviensis observari dicuntur, sibi consignentur.

Cum ratione Monasterii Caunicensis desint pecuniae reclamationis et Monasterii Portae Caeli privilegia adhuc non sunt exhibita, exinde nihil fructuose effici potuit.

*1644, 22 Août.**Christophe II Schmidt, abbé de S. Vincent de Breslau, à Benoît Lachen,
Vicaire général des Circarics de Bohême, Hongrie et Pologne.*

Literae excusatoriae Reverendissimi Dni Christophori electi Abbat-
tis S. Vincentii Vratislaviensis in capitulo sub sessione secunda prae-
lectae.

Reverendissimo in Christo Patri ac Domino Dno Benedicto Lache-
nio S. Wenceslai Lucensis ad Thaiam propre oppidum Znoymense
Abbati et per Boëmiam, Hungariam et Poloniam Generali Vicario
Ordinis Praemonstratensis. Confratri semper honorandissimo.

Reverendissime Domine Dne, Confrater in Christo honorandissime,
Tam ex patentibus eo fine expeditis, quam ex specialiter ad me direc-
tis intelligere licuit omnem Reverendissimae Paternitatis vestrae pro
singulari Vicariatus Candidissimi Ordinis Praemonstratensis vigilantia
solicitudinem in id intentum, ut si quae temporum injuria, vel dormi-
tantium Patrum incuria, sint decolorata, pristino candori, hoc etiam
curae et administrationi meae commissum Monasterium S. Vincentii
in statum et florem pristinum omni via et modo possibile restituatur :
de quo in solenni ad diem 20 mensis imminenti septembris convocato
Reverendissimorum et Venerabilium Praelatorum et Canonicorum
conventu, mutuis votis et consiliis pro zelo Norbertini decoris et emo-
lumentum pluribus agendum et consultandum foret. Et veneror non
immerito Reverendissimae Paternitatis vestrae tam eximiae inten-
tionis ad salutarem effectum deducendae promptitudinem inque
Monasterium Vincentinum affectum constantem et singularem, ad
Conventum vero praedictum vel in persona, vel per mandatarios cum
plenipotencia comparere, si non quia (ut Reverendissimae Paternitati
vestrae benigne aestimare placebit) ejusmodi evocationes extra Pro-
vinciam, hic plane insolitae, certe vel ideo multum difficultatis habet.
Primo quod ante Olomutium et alia loca recuperata id itineris possit
timeri periculum quod vel difficile vel non omnino reparandum.
Secundo : Ut verum fatear modo Monasterii hujus ex debitorum con-
tractorum, praediorum partim creditoribus permissorum, partim
ruinis et militum furore devastatorum calamitate, tanta est rerum
penuria, ut non dico tantum proventum ex relictis educi, sed ex anxie
quaesitis mutuis tantum procurari vix possit, quantum in alimenta
exigit necessitas, multo minus in iter tam longum et difficile poterit
aliquid superesse. Tertio : Cum ad certa loca et curas aliqui ex Fratri-

bus pro juribus ibidem conservandis dimissi, in eam conventus redactus est paucitatem ut ego ipse cum uno et altero horis decantandis cogar interesse, etque ideo non video, qui in omnem eventum absque scandalo et magno Ecclesiae detrimento abesse possint. Quae impedimenta (omnino mihi persuadeo) tale pondus sunt habitura, ut absentiae meae meorumque excusationem possint faciliter invenire. De gravaminibus Monasterii hujus S. Vincentii, Hzarm, Wans et Strelno ¹¹⁾ multa dici scribique possent, et manus optanda auxiliatrix, sed video exacta opus esse ubique informatione, quae nullibi melius quam in loco ex authenticis documentis, actis et actitatis haberi potest.

Deus Optimus det Reverendissimae Paternitati Vestrae incolumitatem integram, affectus fraterni voluntatem immotam, itinerum securitatem perfectam, et nobis hic sustinendis sumptibus fortunam paulo faventiozem, tum si ita Sanctissimo Domino nostro videbitur, a cujus nutu et dispositione Monasterium S. Vincentii immediate dependere dignoscitur ¹²⁾, eidem ruinam et extremum fere exitium minitanti per Reverendissimae Paternitatis Vestrae ut ejusdem Sedis ablegati et Commissarii benignissimam curam et consilium proficuum fulcimentum admozeri posse confido et sollicitus exspecto. Reverendissimam Paternitatem Vestram Divinae protectioni, me meumque conventum ejusdem precibus et favori fraternae commendans.

Vratislavae in Monasterio S. Vincentii die 26. Augusti Anno Dni 1644.

Reverendissimae Paternitatis Vestrae

Promptissimus et sincerissimus in Christo servus

Christophorus Electus

Patentes transmissae sunt ad Reverendissimae Paternitatis Vestrae placitum Praeposito Strelnensi concreditaе, qui eas aliis etiam Monasteriis in Polonia insinuabit.

¹¹⁾ Il s'agit de trois monastères de religieuses prémontrées confiées aux soins de l'abbé de S. Vincent qui en était l'Abbé-Père : Strzelno (N. BACKMUND, *Monasticon*, I, 345), Csarnowazy en Silésie (*ibidem*, 338) et Zukowo (*ibidem*, 348).

¹²⁾ Voir note (10). La remarque de N. BACKMUND (*Monasticon*, I, 335) que St. Vincent avait renoncé dès 1640 à son exemption de l'autorité de l'Ordre, nous semble contredite par cette affirmation.

*1644, 16 Sept.**Albert Tholibowsky, prévôt de Plock, à Benoît Lachen, Vicaire général de la Circarie de Bohême.*

Literae Reverendissimi ac Perillustri Domini Alberti Tholibowsky Poloniae Provinciae Visitatoris ipso die discessus nostri id est 3. Octobris advenientes perlectae et acceptatae.

Reverendissimo ac Perillustri Domino Dno Benedicto Lachenio Dei providentia abbati Lucensi ac Canonicorum Regularium Sanctissimi Ordinis Praemonstratensis per Poloniam, Ungariam, Bohemiam, Austriam, Moraviam et Silesiam Vicario Generali. Domino et Confratri colendissimo.

Reverendissime Domine Antistes Lucensis, Domine et Pater in Christo colendissime,

Calamo exprimere sufficienter amaritudinem cordis mei perlectis literis Reverendissimae Dominationis Vestrae haud valeo, quibus pro sua eximia sollicitudine in Ordinem nostrum mihi et totius Circariae nostrae Poloniae, Praelatis et Confratribus insinuare non est gravata. Quantisnam perturbationibus modernus status Ordinis nostri obnoxius existat, dum ob quemdam ex nostris contra praescriptum Statutorum nostrorum, et antiquissimam consuetudinem a Majoribus nostris hucusque sancte et laudabiliter retentam, nimirum ad meram instantiam saecularium in Generalem subrogatum et per Sedem Apostolicam provisum pax fraterna, unitas animorum et mutua charitas nostra (sine qua nihil penitus Instituta Regularium proficiunt) sic labefactatur et eheu pessundatur. Et forsitan tantus ausus suum in altum erigere caput, nisi Sancta Sedes Apostolica eundem provide prohibuisset. Quidquam novi inusitatique sine speciali tam Suae Reverendissimae Dominationis quam et caeterorum in Circariis Visitorum permanentium assensu, moliri, definire vel statuere. Hinc Deo omnipotenti laus perennis, et nostrae familiae Norbertinae peroptata reflorescentia. Reflorescet autem eo facilius dummodo Reverendissimi Domini Dno Praelati conformantes sese divinae ac Vicarii ejus in terris voluntati, electionem legitimam ac canonicam novi et legitimi Generalis Sui, et nostri, infra decurrens biennium hocce maturare non intermiserint ¹³).

¹³) Le prévôt fait allusion au generalat prémontré de Richelieu. Il semble supposer que l'élection d'un abbé général se fait par les Prélats de l'Ordre, tandis que ce droit revenait aux religieux de l'abbaye de Prémontré.

Aliud est quod me summopere angit et torquet nimirum literarum Reverendissimae Dominationis Vestrae tardissima innotescencia, quae vix 22. die mensis Augusti immediate praeterlapsi, devenerunt ad manus meas. Hac angustia temporis pressus, impossibile visum fuit me in persona vel alios Praelatos pro Capitulo autoritate Reverendissimae Dominationis Vestrae in Monasterio Plagensi indicto sistere. Convocandi enim ipsi pro more Ordinis ad Capitulum nostrum erant, ut sua consilia in frequentissimo Capitulo Plagensi proxime et utinam feliciter celebrando per se suosque mandatarios sufficienter instructos conferre possint. Verum tantis intervallis locorum Monasteria Poloniae nostra disjunguntur ut unum ab alio vel quinquaginta vel sexaginta, ne dicam centum milliaribus elongata existant. Et ecce interim totam opportunitatem temporis ad comparandum nobis praefixi non sine moerore condigno nostro sublatam esse quis non videt? Hanc genuinam absentiae meae et non comparitionis confratrum nostrorum causam innixus paterna benignitate et maturo iudicio Reverendissimae Dominationis Vestrae allegandam merito duxi sancte pollicendo, si imposterum tribus ad minus mensibus praeventi, median-tibus Invitoriis, ad quodcunque negotium pro bono Ordinis juxta beneplacitum Reverendissimae Dominationis Vestrae vocabimur, quod libentissime et tempestive non parcendo sumptibus vel aetati imbecilli accurremus. Nunc autem quam instantissime obsecro, ut nostrae Circariae communicare, quae statuenda salubriter proxime venturum Capitulum illud Plagenense duxerit. Precibus interim nostris indignis a Majestate divina humillime expostulantes ut Reverendissimis Dominis Dnis Praelatis et confratribus nostris in Spiritu Sancto congregandis, Suarum Sedium Assistricem Sapientiam affluentissime elargiatur. Ita vovemus, ita animatus peroptamus.

Caeterum scire Reverendissimam Dominationem Vestram cupio quod citra merita mea Serenissimus Princeps Carolus Ferdinandus Serenissimi Regis nostri feliciter moderni Vladislai Quarti Frater duplici Episcopatu Vratislaviensi et Plocensi per Sanctissimum cohonestatus me etiam invitum in Suffraganeum suum Plocensem non ita pridem adoptare dignatus est. Unde in horas expeditam Bullam meam Roma praestolor, consecrandus per Dei gratiam in Episcopum Lacae-demoniensem, pro more veteri Suffraganeatus Plocensis. Quare unicum id mihi beneficii loco impertiri suppliciter a Reverendissima Dominatione Vestra efflagito, quatenus Pater filio suo licet immerito ast sibi in omnibus addictissimo et obsequentissimo paterne benedicat, meque serio informare velit si ego factus et consecratus suffraganeus

licite et secure munus Visitatoris in Provincia nostra obire posthac valeam. Nollem enim in minimo Sacros Canones praevaricari vel sano consilio majorum Ordinis nostri contravenire. Quod superest Deum Ter Optimum Maximum obnixè rogo ut Reverendissimam Dominationem Vestram quam diutissime incolumem et florentem ceu Ecclesiae Suae, Ordinique nostro perutilem servet. Cujus ibidem favori et gratiae me studiaque promptissima mea commendo.

Datum in Monasterio ad S. Norbertum et M. Magdalenam Ploces, 10 Septembris Anno Dni 1644.

Sponsae Christi in Monasterio praetacto meo Altissimo famulantes, praevia orationum Suarum indignarum humillima commendatione, gratias immortales pro salutatione paterna Reverendissimae Dominationis Vestrae sedulo agunt ulterioremque paterni affectus benedictionem ad progressus majores in virtutibus sanctis faciendas, sibi benige impertiri supplicant.

Reverendissimae ac Perillustris Dominationis Vestrae.

servus in Christo obsequentissimus

Fr. Albertus Tholibowsky ¹⁴⁾

SS. Norberti et M. Magdalenae

Plocens. Praepositus.

¹⁴⁾ Voir GAMS, p. 355, col. 2; GOOVAERTS, II, 249, IV, 339. Tholibowsky fut religieux de l'abbaye de Witow. Il mourut le 22 juillet 1663.